Cuſtodiebat [d] qui theſauros abditos.
Hunc ſimul aſpexit: Oro ut imprudentiæ [e]
Des primum veniam, deinde [f] ſi pulchrè vides [g]
Quàm non conveniens [h] aurum ſit vitæ meæ,
Reſpondeas clementer [i], quem fructum capis [k]
Hoc ex labore, quodve tantum eſt [l] præmium,
Ut

[a] Agitq; plures cuniculos] *And makes ſeveral Burrows.*
[b] Altius] *Deeper than ordinary.*
[c] Ad draconis ſpeluncam ultimam] *To the fartheſt Part of a Dragon's Den.*
[d] Cuſtodiebat] *Was guarding.*
[e] Imprudentiæ] *My unwary Intruſion.*
[f] Deinde] *Next.*
[g] Si pulchre vides] *If you fully underſtand.*
[h] Quam non conveniens] *How unſuitable.*
[i] Clementer reſpondeas] *that you would calmly anſwer.* Clemens *and* Iracundus *are Oppoſites. See* Clementer *in* Pecul.
[k] Quem fructum capis] *What Advantage you receive. What Enjoyment you have.*
[l] Tantum eſt] *Is ſo conſiderable.*

Ut careas [m] ſomno, & ævum in tenebris exigas [n]?
Nullum [o], inquit ille; verùm hoc a ſummo mihi
Jove adtributum eſt [p]. Ergo nec ſumis tibi [q],
Nec ulli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo iraſcaris [r], liberè ſi dixero:
Diis eſt iratis natus [ſ] qui eſt ſimilis tibi.
Abiturus illuc quò [t] priores [u] abierunt,
Quid mente [w] cæcâ miſerum torques ſpiritum?
Tibi dico, avare, gaudium hæredis tui,
Qui thure ſuperos, ipſum te fraudas cibo:
Qui triſtes audis muſicum citharæ ſonum:
Quem tibiarum macerat jucunditas:
Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt
Qui dum quadrantes aggeras [x] patrimonio,

Cœ-

[m] Ut careas] *For you to be without.*
[n] Et ævum exigas] *And lead your Life.*
[o] Nullum] eſt præmium *ſc.*
[p] Adtributum mihi] *Aſſign'd me. Impos'd upon me.*
[q] Ergo nec ſumis tibi] quicquam *ſc. Then, do you neither ſpend any Thing upon your Self?*
[r] Nolo iraſcaris] ut *ſc. You muſt not be angry.*
[ſ] Diis iratis natus] *Born under an ill Planet.*
[t] Abiturus illuc quo] *Since you muſt go to that Place, whither.*
[u] Priores] *Thoſe before you. Your Anceſtors.*
[w] Quid mente, *&c.*] *Why do you rack (torment) your wretched Life with a blinded Underſtanding?*
[x] Dum aggeras] *So you can but add. The* Subjunctive.

Cœlum fatigas [y] fordido perjurio: 24
Qui circumcidis omnem impensam funeris [z],
Libitina ne quid de tuo [b] faciat lucrum [a].

FABULA XIX.

Phædrus de Fabulis.

QUi [a] judicare [b] cogitur livor modo,
Licet dissimulet, pulchrè [c] tamen intelligo.
Quicquid putabit esse dignum memoriæ [d],
Æsopi dicet: si quid minus adriserit [e].

A

[y] Fatigas] *Tire out the Patience of.*

[z] Circumcidis omnem impensam funeris] *Pare close. Retrench all your Funeral Charges. Order your self a most wretched Funeral.*

[a] Ne quid lucrum Libitina faciat] *Lest* Libitina *should make any Advantage.* Libitina, *the Goddess of Funerals, is put here for the Undertakers of Funerals.* See Facio *in* Pecul.

[b] De tuo] *By you. By (out of) your Estate.*

[a] Qui modo] *After what Manner.*

[b] Judicare] *To pronounce.*

[c] Pulchre] *Full Well. Clearly.*

[d] Dignum memoriæ] *Fit to be transmitted to Posterity. Worth remembring. But the former sense seems the truer.*

[e] Minus adriserit] *Does not take. Pleases less than the rest.*

A me contendet fictum [g] quovis pignore [f].
Quem volo refelli [h] jam nunc reſponſo meo [i]:
Sive hoc ineptum [k], ſive laudandum eſt opus,
Invenit ille, noſtra perfecit manus.
Sed exequamur [l] cœptum popoſiti ordinem [m].

FABULA XX.

Naufragium Simonidis.

HOmo doctus in ſe ſemper divitias habet.
Simonides, qui ſcripſit egregium [a] melos,
Quò paupertatem ſuſtineret facilius [b],

Cir-

[f] Contendet quovis pignore] *He'll lay any Wager. He'll maintain at any Wager laid down.*

[g] A me fictum] eſſe *ſc. That it was of my Invention.*

[h] Quem refelli volo] *Whom I would have ſilenc'd.*

[i] Reſponſo meo] *By this Reply of mine.*

[k] Ineptum] *Silly. Impertinent.*

[l] Exequamur] *Let us go on with. Let us purſue to the End.*

[m] Cœptum ordinem propoſiti] *The Method begun of my Work in Hand. The Method I have begun with of the Work before me.*

[a] Egregium melos] *Extraordinary Lyrick Verſe. A ſort of Verſe ſung to the Harp.*

[b] Quo facilius paupertatem ſuſtineret] *That he might the eaſilier (the more comfortably) ſupport his Poverty. Support himſelf in his Poverty. In his poor Condition.*

Circumire cœpit [c] urbes Asiæ nobiles [d],
Mercede acceptâ [f] laudem victorum canens [e]
Hoc genere quæstus [g] postquam locuples factus est,
Venire in patriam voluit cursu pelagio [h].
(Erat autem natus [i], ut aiunt, in Ceo insulâ)
Ascendit navem [k], quam tempestas horrida,
Simul & vetustas medio dissolvit [l] mari.
Hi zonas [m], illi res pretiosas [n] colligunt,

Sub-

[c] Circumire cœpit] *Took a circuit round. See* Cœpi *in* Pecul.

[d] Nobiles] *Noted.*

[e] Laudem victorum canens] *Singing the Praises of those that got the Mastery in the Prizes. Making Verses in Praise of the Victors in the* Olympick *Games.*

[f] Accepta mercede] *At a certain Reward that he was to receive.*

[g] Quæstus] *Of Trade. Of Employ.*

[h] Cursu pelagio] *By Sea. By a Sea-Voyage.* Currere *and* Cursus *are the proper Terms. See* Pecul.

[i] Erat autem natus] *Now he was born.*

[k] Ascendit navem] *He got aboard the Ship.*

[l] Quam tempestas horrida, simul & vetustas dissolvit] *Which rough Weather, and its own Crazineſs together, open'd. Caus'd to split.*

[m] Zonas] *Their Purses. Properly Girdles, where they put their Money.*

[n] Res pretiosas] *Their Goods of Value.*

Subſidium vitæ. Quidam curioſior [n]:
Simonide, tu ex opibus nihil ſumis tuis:
Mecum, inquit, mea ſunt cuncta, Tunc pauci enatant [o],
Quia plures [p] onere degravati petierant.
Prædones adſunt, rapiunt quod quiſq; extulit [q],
Nudos relinquunt. Fortè Clazomenæ propè
Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi.
Hic literarum quidam ſtudio deditus,
Simonidis qui ſæpè verſus legerat,
Eratq; abſentis [r] admirator maximus,
Sermone ab ipſo cognitum [s], cupidiſſimè
Ad ſe recepit [t], veſte, nummis, familiâ [u]
Hominem exornavit. Cæteri tabulam ſuam [w]
Portant, rogantes victum. Quos caſu obvios

[n] Curioſior] *More inquiſitive than the reſt. More curious than ordinary.*
[o] Enatant] *Swim to Shoar.*
[p] Plures] *The greater Part.*
[q] Extulit] *Sav'd.* Enavi. *ſc.* marique.
[r] Abſentis] *Of him in his Abſence. Before he had ever ſeen him.*
[s] Sermone ab ipſo cognitum] *Finding him out by his very talk.*
[t] Recepit ad ſe] *Took him home.*
[u] Familia] *With Attendants.*
[w] Tabulam ſuam] *Their Picture (of a Shipwrack, to move Compaſſion.)*

Simonides, ut vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta. Vos quod rapuistis, perit.

FABULA XXI.

Mons Parturiens.

MOns parturibat [a], gemitus immanes ciens [b],
Eratq; in terris [c] maxima expectatio:
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi
Qui magna quum minaris [d], extricas [e] nihil:

FABULA XXII.

Formica & Musca.

FOrmica & musca contendebant acriter [a],
Quæ pluris esset [b]. Musca sic cœpit [c] prior:

Con-

[a] Parturibat] *Was in Labour.*
[b] Gemitus immanes ciens] *Fetching monstrous Groans.*
[c] In terris] *In the World. Amongst Mortals.*
[d] Quum magna minaris] *Making mighty Professions.*
[e] Extricas] *Bring to Effect. Bring to an End.*
[a] Contendebant acriter] *Were disputing smartly.*
[b] Quæ pluris esset] *Which of the two was the more valuable. Of more Worth.*
[c] Cœpit] loqui *sc.*

Conferre noſtris tu potes te laudibus [d]?
Ubi immolatur [e], exta præguſto Deûm [f].
Moror [g] inter aras, templa perluſtro [h] omnia [i],
In capite regis ſedeo, quum viſum eſt mihi : 6
Et matronarum [l] caſta delibo oſcula [k];
Laboro nihil [m], atq [n]; optimis rebus fruor.
Quid horum ſimile tibi contingit [o], ruſtica?
Eſt glorioſus ſane [q] convictus Deûm [p], 10

[d] Tu potes conferre te noſtris laudibus?] *Can you have the Face to compare your ſelf to a Perſon of my extraordinary Privileges? To me that have ſo many honourable Advantages?*

[e] Ubi immolatur] ab hominibus *ſc. When Men Sacrifice.*

[f] Præguſto exta Deum] *I am the Taſter of the Entrails offer'd to the Gods.*

[g] Moror] *I ſpend (paſs) my Time.*

[h] Perluſtro] *I range over.*

[i] Templa omnia] *All Temples. Or, the whole Temple. All the Oratories (all the ſacred Places) of the Temple.*

[k] Delibo oſcula] *Salute the Lips.*

[l] Matronarum] *Of the grave marry'd Ladies.*

[m] Laboro nihil] *I take no Pains. For* non. *Or, I trouble not my Head with any thing. The* Accuſative *by Synecdoche.*

[n] Atq; *And yet.*

[o] Tibi contingit] *Falls to your Share.*

[p] Convictus Deum] *The eating with the Gods (at their Altars.)*

[q] Glorioſus ſane] *Worth boaſting of, I confeſs.*

Sed illi qui invitatur, non qui inviſus eſt [r].
Reges commemoras [f], & matronarum oſcula:
Ego granum in[u] hyemem quum ſtudioſè congero [t],
Te circa murum video paſci ſtercore;
Aras frequentas; nempe [w] abigeris [y] quo [x]
venis.
Nihil laboras: ideo quum opus eſt, nil habes.
Superba jactas [z] tegere quod debet pudor.
Æſtate me laceſſis [a]; quum bruma eſt, ſiles:
Mori contractam [b] quum te cogunt frigora,
Me copioſa [c] recipit [d] incolumem [e] domus.

Sa-

[r] Sed qui invitatur, non qui inviſus eſt] *But to him that is invited, not to him that is avoided. An elegant Jingle (as they call it.) Thus* lædi *and* dedi, *in the Fable of the Man and Horſe.*

[f] Commemoras] *You make a talking of.*

[t] Quum ego ſtudioſe congero] *Whilſt I am earneſtly imploy'd in laying up.*

[u] In] *Againſt.*

[w] Nempe] *That is to ſay.*

[x] Quo] *Whitherſoever. To what Place ſoever.*

[y] Abigeris] illinc *ſc.*

[z] Superba jactas] *You proudly boaſt of. People frequently brag of their Weakneſſes.*

[a] Laceſſis] *Provoke. Teaze.*

[b] Contractam] *Shrivell'd up.*

[c] Copioſa] *Rich. Plentifully furniſh'd.*

[d] Recipit] *Entertains.*

[e] Incolumem] *In ſound Health, and in no Danger of any thing.*

Satis profecto [f] rettudi [g] ſuperbiam.

¶ Fabella talis [h] hominum diſcernit [k] notas
Eorum, qui ſe falſis ornant laudibus [i],
Et quorum virtus exhibet ſolidum decus [l].

FABULA XXIII.

Simonides a Diis Servatus.

QUantum valerent inter homines literæ [a],
Dixi ſuperius : quantus nunc illis honos
A ſuperis ſit tributus, tradam memoriæ [b].
Simonides idem ille de quo rettuli,

Vi-

[f] Profecto] *Doubtleſs.*
[g] Rettudi] *I have check'd. Daſh'd, Damp'd.*
[h] Fabella talis] *This Fable. Such a Fable as this.*
[i] Hominum diſcernit notas corum, qui ſe falſis ornant laudibus] *Diſtinguiſhes the ſeveral Characters of thoſe Men, who ſet themſelves out with pretended Qualifications. With Virtues (laudable Actions) that do not belong to 'em.*
[k] Diſcernit] *Sets apart. ſo that one may eaſily be known from the other.*
[l] Et quorum virtus exhibet ſolidum decus] *And of thoſe whoſe true Worth ſhews to the World ſubſtantial Glory.*
[a] Quantum valerent literæ] *How much Value Learning fouud.*
[b] Tradam memoriæ] *I'll hand down to Poſterity. Put upon Record.*

Victoris laudem [d] cuidam pyctæ [e] ut ſcriberet
Certo condixit [c] pretio [f]: ſecretum [g] petiit:
Exigua quum frænaret [h] materia impetum [i],
Uſus [k] poetæ, ut moris eſt [l], licentiâ:
Atq; interpoſuit [m] gemina Ledæ ſidera [n],
Auctoritatem ſimilis referens gloriæ [o].
Opus adprobavit [p]: ſed mercedis tertiam [q]
Accepit partem. Quum reliquam poſceret:
Illi, inquit, reddent, quorum ſunt laudes duæ [r]

Ve-

[c] Condixit] *Agreed.*

[d] Victoris laudem] *An Epinikion. A Panegyrick upon him that had won the Prize.*

[e] Cuidam pyctæ] *For a certain* Ceſtus *Player. A Boxer at the* Ceſtus.

[f] Certo pretio] *At a ſet Price.*

[g] Secretum] locum *ſc.*

[h] Quum exigua materia frænaret impetum] *But finding that the Narrowneſs of the Subject check'd his Fancy.*

[i] Impetum] ingenii *ſc.*

[k] Uſus] eſt *ſc.*

[l] Ut moris eſt] negotium *ſc. As 'tis uſual. A Matter of Cuſtom.*

[m] Interpoſuit] *Inſerted.*

[n] Gemina ſidera] *The twin Stars.* Caſtor *and* Pollux.

[o] Auctoritatem ſimilis gloriæ referens] *Applying to his Purpoſe, a noble Inſtance of the like Glory. Applying to the Man,* &c. *Or, fetching from Antiquity.*

[p] Opus adprobavit] dictæ *ſc. He ſatisfy'd the Gentleman in the Performance. He made the Verſes to the Man's Liking. See* Pecul.

[q] Tertiam *But a third.*

[r] Quorum ſunt laudes duæ] *That have two Shares of*

Verùm ne iratè dimiſſum te ſentiam [f],
Ad cœnam mihi promitte [t]. Cognatos volo
Hodiè invitare, quorum es in numero mihi [u].
Fraudatus quamvis & dolens injuriâ [w],
Ne malè dimiſſam gratiam corrumperet [x],
Promiſit. Rediit horâ dictâ [y]; recubuit [z].
Splendebat hilare poculis convivium,
Magno apparatu læta reſonabat domus [a];
Repente quum duo juvenes ſparſi pulvere,
Sudore multo diffluentes corpora [b],
Humanam ſupra formam, cuidam ſervulo

Man-

of the Praiſe. Whoſe Praiſes are two Thirds of your Work.

[f] Ne iratè dimiſſum te ſentiam] eſſe *ſc.* *Leſt I ſhould think (perceive) that you leave me in Anger.*

[t] Ad cœnam mihi promitte] venire *ſc.* *Give me your Word to ſup with me.*

[u] Quorum es in numero mihi] *Among whom I reckon you.*

[w] Dolens injuria] *Vext at the Wrong.*

[x] Ne malè dimiſſam gratiam corrumperet] *Leſt he ſhould ſpoil the Civiltty, by unhandſomely refuſing it. For fear of breaking Squares by parting roughly.*

[y] Hora dicta] *At the Time (Hour) appointed.* See Pecul.

[z] Recubuit] *He ſat down.*

[a] Magno apparatu læta] *Gay with noble Furniture.*

[b] Diffluentes corpora] *Their Bodies running down (on each Side) Running down as to the Bodies.*

Mandant [c], ut ad ſe provocet [d] Simonidem:
Illius intereſſe, ne faciat moram [e].
Homo perturbatus [f] excitat [g] Simonidem.
Unum promôrat vix pedem triclinio [h],
Ruina cameræ ſubitò oppreſſit [i] cæteros;
Nec ulli juvenes ſunt reperti ad januam.
Ut eſt vulgatus ordo narratæ rei [k],
Omnes ſcierunt [l], numinum præſentiam [m]
Vati dediſſe vitam, mercedis loco.

FA-

[c] Mandant] *Give a Meſſage to.*

[d] Ut provocet] *To call out.* Siquando illa dicet, Phædriam commiſſatum intromittamus; tu, Pamphilum cantatum provocemus. Teren. Eunuch. *See* Pecul.

[e] Illius intereſſe, ne faciat moram] *Adding, that it concerned him to make no Delay.*

[f] Perturbatus] *Confounded (at the auguſt Appearance of the two Gods)*

[g] Excitat] *Raiſes. For they lay at Meat: Or, call him out.*

[h] Vix unum pedem triclinio promôrat] *He had ſcarce ſet one Foot out of the Parlour, when,* &c.

[i] Oppreſſit] *Cruſh'd to death.*

[k] Ut ordo narratæ rei vulgatus eſt] *As ſoon as the Particulars of the Story were made known. As ſoon as the Story was made known in all its Particulars.* See Ordo *in* Pecul.

[l] Scierunt] *Were ſatisfy'd.*

[m] Præſentiam] *That the immediate Providence.* See Pecul.

FABULA XXIV.

Epilogus ad Eutichum.

SUperſunt mihi quæ ſcribam, ſed parco ſciens [a]:
Primum, eſſe ne tibi videar moleſtior [b],
Deſtringit quem multarum rerum varietas:
Dein [c] ſi quis eadem fortè conari velit,
Habere ut poſſit aliquid operis reſidui [d]:
Quamvis materiæ tanta abundet copia [e],
Labori faber ut deſit, non fabro labor.,
Brevitatis noſtræ præmium ut reddas peto,
Quod es pollicitus. Exhibe vocis fidem [f]:
Nam vita [g] morti propior eſt quotidie:
Et hoc minus veniet ad me muneris [h],
Quò plus [i] conſumet temporis dilatio.

[a] Parco ſciens] *I forbear with deſign.*
[b] Moleſtior] *Too troubleſome.*
[c] Dein] *Next. In the ſecond Place.*
[d] Reſidui] *Left for him.*
[e] Materiæ copia tanta abundet] *Such a Store of Matter ſprings up. Store of Matter ſprings up in ſuch Plenty.*
[f] Exhibe vocis fidem] *Make good your Word. Perform your Promiſe effectually.*
[g] Vita] *Life (in general). Not my Life.*
[h] Muneris] *Of your Favour.*
[i] Plus] muneris, *or* temporis? *Rather* temporis.

Si citò rem perages, uſus fiet longior :
Fruar diutiùs, ſi celeriùs cepero [k].
Languentis cui dum ſunt aliquæ reliquiæ,
Auxilio locus eſt : olim ſenio debilem [l]
Fruſtra adjuvare bonitas nitetur tua,
Quum jam deſierit eſſe beneficium utile,
Et mors vicina flagitabit debitum.
Stultum [m] admovere tibi preces ſexcenties [n],
Proclivis [o] ultro quum ſit miſericordia.
Sæpe impetravit veniam confeſſus [p] reus [q],
Quantò innocenti juſtius debet [r] dari ?
Tuæ priùs ſunt partes [s], aliorum dein.
Decerne quod religio [t], quod partitur fides [u],

Et

[k] Si celerius cepero] *The ſooner I receive it.*
[l] Debilem] me *ſc.*
[m] Stultum] eſt *ſc.* *'Tis fooliſh in me.*
[n] Sexcenties] *A thouſand times.* Sexcentas potius mihi ſcribito dicas. Teren. Phor.
[o] Proclivis] *Forward. Ready.*
[p] Confeſſus] crimen *ſc.*
[q] Reus] *An accus'd (impleaded) Perſon.*
[r] Debet] venia *ſc.*
[s] Tuæ prius ſunt partes] *You are to act the honourable Part firſt. Do you take my part firſt. Others will be encourag'd to do it by your Example. So at laſt I may come into Reputation again.*
[t] Religio *Your Obligation to your Oath.*
[u] Fides] *Your Honour.*

Et gratulari me fac judicio tuo [w].
Excedit animus [x] quem propoſuit terminum [y],
Sed difficulter continetur [a] ſpiritus [z]
Integritatis qui ſinceræ [b] conſciius
A noxiorum premitur [c] inſolentiis.
Qui ſint requires [d]: apparebunt tempore.
Ego quondam legi quam puer ſententiam,
Palam mutire plebeio periculum eſt [e],
Dum ſanitas conſtabit [g] pulchrè meminero [f]

[w] Gratulari judicio tuo] *Return you Thanks for your kind Sentence.*
[x] Animus] *My Spirit.*
[y] Excedit terminum] *Paſſes the Bounds.* Cedit extra terminum.
[z] Spiritus] *My Soul.*
[a] Difficulter continetur] *Is difficultly kept within Compaſs.*
[b] Sinceræ] *Untainted. Uncorrupt.*
[c] Premitur] *Is oppreſs'd.*
[d] Requires] *You'll ask, it may be.*
[e] Periculum eſt] *'Tis a dangerous Buſineſs.* For periculoſum.
[f] Pulchre meminero] *I ſhall perfectly well remember. Shall be ſure to remember.*
[g] Dum ſanitas conſtabit] *As long as my underſtanding continues good.* Sanitas] mentis *ſc.*

PHÆDRI FABULARUM

LIBER QUINTUS.

PROLOGUS ad PARTICULONEM.

QUum deſtinaſſem [a] operis habere terminum [b],
In hoc [c] ut aliis eſſet materiæ ſatis,
Conſilium tacito corde [d] damnavi meum.
Nam ſi quis talis etiam eſt ſtudioli amans [e],
Quo

[a] Quum deſtinaſſem] *After I had fix'd a Reſolution.*
[b] Terminum ſtatuere] *To put an End to.*
[c] In hoc] *For this Reaſon. With this Intention.*
[d] Tacito corde] *In my private Thoughts.*
[e] Studioli amans] *I have made bold to inſert in the Text, this Conjecture of a Friend of mine inſtead of* Tituli artifex, *which has little or no Senſe.*

Quo pacto divinabit quidnam omiſerim,
Ut illud [g] ipſum cupiam famæ tradere [f] :
Sua cuiq; quum ſit animi cogitatio [h]
Colorq; privus [i]. Ergo non levitas mihi,
Sed certa ratio [k] cauſam ſcribendi dedit.
Quare, Particulo, quoniam caperis [l] fabulis
Quas Æſopias, non Æſopi nomino,
Quaſi paucas ille oſtendit [m], ego plures diſſero [n],
(Uſus vetuſto genere [o], ſed rebus novis [p])
Quartum [q] libellum dum tu vacive perleges,
Hunc obtrectare ſi volet malignitas [r],
Imitari dum non poſſit, obtrectet licet.

Mihi

[f] Ut cupiam ipſum famæ illud tradere] *Tho' I were never ſo deſirous that he likewiſe might tranſmit it to Poſterity.*
[g] Illud] ſi quid ego omiſero *ſc.*
[h] Sua cuiq; quum ſit animi cogitatio] *Since every Man has a particuar Invention to himſelf.*
[i] Colorq; privus] *And a peculiar Way.*
[k] Certa ratio] *Good thinking. Right reaſoning.*
[l] Caperis] *You are taken. Delighted.*
[m] Oſtendit] *Invented.*
[n] Diſſero] *Publiſh Scatter abroad.*
[o] Genere] ſcribendi *ſc.*
[p] Rebus novis] *New Matter.*
[q] Quartum] *That he had juſt finiſh'd.*
[r] Malignitas] *The Envieus.*

Mihi parta laus eſt, quod tu, quod ſimilis tui
Veſtras in chartas verba transfertis [f] mea,
Dignumq; longâ judicatis memoriâ.
In literatum plauſum [u] ne deſidero [t]

FABULA I.

Demetrius & Menander.

ÆSopi nomen ſicubi interpoſuero [a],
Cui reddidi [b] jampridem quicquid debui,
Auctoritatis eſſe ſcito [c] gratiâ.
Ut quidam artifices noſtro faciunt ſæculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt [d], novo
Si marmori adſcripſerunt [e] Praxitelem ſuo [f],

My-

[f] In chartas veſtras transfertis] *Tranſcribe into your Note-Books.*

[t] Ne deſidero] *I want not.*

[u] Illiteratum plauſum] *The Applauſe of the Illiterate.*

[a] Sicubi interpoſuero] *Where ever I inſert (hereafter)*

[b] Reddidi] *How had he paid him? Either by owning whence he had the Fables, or by adding ſeveral of his own to 'em.*

[c] Eſſe ſcito] factum mihi *ſc. Take it as done.*

[d] Operibus pretium majus inveniunt] *Find a greater Value ſet upon their Performances. Get more Money for*, &c.

[e] Si adſcripſerunt] *By engraving.*

[f] Marmori ſuo] *Upon their Marble Pieces.*

Myronem argento [g]. Plus vetuſtis nam favet
Invidia mordax, quam bonis præſentibus [h]
Sed jam ad fabellam talis exempli [i] feror.
¶ Demetrius qui dictus eſt Phalereus,
Athenas occupavit imperio improbo [k].
Ut mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt:
Feliciter [n], ſubclamant [m] ipſi principes [l]:
Illam oſculantur, quâ ſunt oppreſſi, manum,
Tacitè gementes triſtem fortunæ vicem [o].
Quin etiam reſides & ſequentes otium [p]
Ne defuiſſe noceat [q], reptant ultimi [r];

In

[g] Argento] *Upon their Silver Statues.*
[h] Plus favet vetuſtis bonis, quam præſentibus] *Is more fond of ancient Performances, than thoſe of the preſent Time.*
[i] Ad fabellam talis exempli] *To a Story of much ſuch a Moral. Shewing that Men are miſtaken and prejudic'd by outward Appearances.*
[k] Imperio improbo] *By Uſurpation.*
[l] Ipſi principes] *The leading Men themſelves.*
[m] Subclamant] *Shout with an Appearance of great Joy.*
[n] Feliciter] regnes *ſc.*
[o] Vicem] ob *ſc.*
[p] Reſides & ſequentes otium] a nogotiis *ſc.* *The eaſy and retir'd.*
[q] Ne defuiſſe noceat] ipſis *ſc.* *Leſt their Abſence might be a Prejudice to 'em.*
[r] Reptant ultimi] *Come creeping in the Rear.*

In queis [f] Menander nobilis [t] comœdiis.
Quas, ipſum [u] ignorans, legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Unguento delibutus, veſtitu adfluens [w];
Veniebat greſſu delicato & languido [x].
Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine [y]:
Effœminatus quid hic in conſpectu meo
Audet [z] venire? Reſponderunt proximi [a]:
Hic eſt Menander ſcriptor. Mutatus ſtatim
Compellat hominem blande [b], *dextramq; arripit* [c].

FABULA II.

Viatores & Latro.

VIam *expediti* [a] *pariter carpebant duo;*
Imbellis alter, alter at promptus manu.
Occurrit

[f] In queis] *Amongſt whom. In which Number*
[t] Nobilis] *Well known for,* &c.
[u] Ipſum] *The Author.*
[w] Veſtitu adfluens. *With his Garments trailing. Flowing looſe about (after) him.*
[x] Greſſu delicato & languido] *With a nice fooliſh effeminate Tread.*
[y] Extremo agmine] *In the Rear.*
[z] Quid audet] *How dares.*
[a] Proximi] *Thoſe next the Throne.*
[b] Compellat hominem blande] *He ſpeaks (ſalutes) him kindly.*
[c] Arripit] *Catches hold of.*
[a] Viam expediti] *Several Verſes in this Fable are ſpurious. And I am in haſte, ſo I paſs on to the next.*

Occurrit illis latro, & intentans necem
Aurum popoſcit : Audax confeſtim irruens
Vim vi repellit, ac ferro incautum occupat,
Et vindicavit ſeſe forti dexterâ.
Latrone occiſo timidus accurrit comes,
Stringitq; gladium, dein rejectâ penulâ :
Cedo, inquit, illum ; jam curabo ſentiat
Quos adtentarit. Tunc qui depugnaverat :
Vellem iſtis verbis ſaltem adjuviſſes modò :
Conſtantior fuiſſem vera exiſtimans :
Nunc conde ferrum, & linguam pariter futilem,
Ut poſſis alios ignorantes fallere.
Ego qui ſum expertus quantis fugias viribus,
Scio quod virtuti non ſit credendum tuæ.
¶ Illi adſignari debet hæc narratio,
Qui re ſecundâ fortis eſt, dubiâ fugax.

FABULA III.

Calvus & Muſca.

CAlvi momordit muſca nudatum caput;
Quam opprimere [b] captans [a], alapam ſibi duxit gravem [c],
Tunc illa irridens: Punctum volucris parvulæ
Voluiſti morte ulciſci: quid facies tibi,
Injuriæ qui addideris contumeliam?
Reſpondit: Mecum facilè redeo in gratiam,
Quia non fuiſſe mentem [d] lædendi [e] ſcio:
Sed te contempti generis [g] animal improbum [f],
Quæ delectaris bibere humanum ſanguinem,
Optem [h] necare, vel majore incommodo [i].

¶ Hoc

[a] Captans] *Endeavouring. Catching at.*
[b] Opprimere] *To ſqueeze to Death.*
[c] Alapam ſibi duxit gravem] *He gave himſelf a ſound Cuff.* Si cum ſervo pugnum ducere vellem, in proximo te ſtantem percuſſero. Ulpian. *See* Pecul.
[d] Scio mentem non fuiſſe] mihi *ſc. I am ſure I had no Intention.*
[e] Lædendi] memet *ſc.*
[f] Improbum] *Impertinent.*
[g] Contempti generis] *Of a contemptible Breed.*
[h] Optem] eſt ut *ſc. I ſhould chooſe.*
[i] Vel majore incommodo] *Even at the Expenſe of a greater Inconvenience.* Nomen pretii, *&c.*

¶ Hoc argumentum [k] veniam magè dari [l] docet,
Qui caſu peccat, quàm qui conſilio [m] eſt nocens.
Illum eſſe quavis pœnâ dignum judico.

FABULA IV.

Homo & Aſinus.

QUidam immolaſſet verrem [a] quum ſancto Herculi [b],
Cui pro ſalute votum debebat ſua [c],
Aſello juſſit reliquias poni [d] hordei.
Quas aſpernatus ille, ſic locutus eſt:

[k] Hoc argumentum] *The Senſe of this Fable.*
[l] Dari] *Perhaps for* dandam eſſe. *See* Dono *in* Pecul. p. 62. *Thus* Suffici *for* ſuffectum iri, Phædr. 3. B. 10. Sperante hæredem ſuffici ſe proximum.
[m] Conſilio] *With deſign. Deſignedly.*
[a] Verrem] *Which they ſacrific'd to* Hercules, *in Memory of the* Erymanthian *Boar that he ſlew.*
[b] Sancto Herculi] *To the God* Hercules.
[c] Cui pro ſalute ſua votum debebat] *To whom he ow'd the ſame, being promis'd by Vow for his Deliverance.*
[d] Aſello poni] *To be thrown his Aſs. To be put to.* &c. *The Compound* Appono *is more uſual in this Senſe.*

Tuum libenter prorſus [e] adpeterem [f] cibum,
Niſi qui nutritus illo eſt, jugulatus foret [g].
¶ Hujus reſpectu fabulæ deterritus [h]
Periculoſum ſemper vitavi lucrum.
Sed dicis [i]: Qui rapuere divitias, habent [k].
Numeremus, agedum, qui deprenſi perierint.
Majorem [l] turbam punitorum [m] reperies.
Paucis temeritas eſt bono [n], multis malo [o].

FABULA

[e] Libenter prorſus] *With a very good Will. Very heartily.*
[f] Adpeterem] *I ſhould fall to.* Cibo libenter uti *is found in the ſame Senſe in* Cornelius Nepos. *See* Appeto *in* Pecul.
[g] Foret] *For* fuiſſet.
[h] Fabulæ hujus reſpectu deterritus] *Being diſcourag'd from it by having an Eye to this Fable.*
[i] Sed dicis] *But you object and ſay.*
[k] Qui rapuere divitias, habent] *Thoſe that have violently ſeiz'd Eſtates, poſſeſs 'em: Are in quiet poſſeſſion of 'em.*
[l] Majorem] eſſe *ſc.*
[m] Punitorum] *Of thoſe that have ſuffer'd.*
[n] Eſt bono] *Proves advantageous. An Advantage.*
[o] Malo] *Deſtructive. A Deſtruction.*

FABULA V.

Scurra & Ruſticus.

PRavo favore labi [a] mortales ſolent,
Et, pro judicio dum ſtant erroris ſui [b],
Ad pœnitendum rebus manifeſtis agi [c].
¶ Facturus ludos quidam dives nobilis [d],
Propoſito cunctos invitavit præmio,
Quam quiſque; [e] poſſet, ut novitatem oſtenderet.
Venêre artifices [f] laudis ad certamina [g],

Quos

[a] Pravo favore labi] *To blunder thro' partial Favour.*
[b] Dum ſtant pro judicio erroris ſui] *for* pro errante. Erroneo judicio ſuo. *Whilſt they ſtand up in Defence of their miſtaken Judgment. Of a Miſtake in their Judgment.*
[c] Ad pœnitendum rebus manifeſtis agi] *To be forc'd to recant by the Evidence of Things. By the undeniable Evidence of Fact.*
[d] Quidam dives nobilis] *A certain rich Nobleman. Or a rich Man of Note. Some take* nobilis *for* nobiles, *and join it with* ludos. *Intending to give (exhibit) a famous Show.*
[e] Quam quiſq; poſſet, ut novitatem oſtenderet] *For every one to ſhew any new Trick he could.*
[f] Artifices] *The Men of Art. The Players. For this* Artifex *often ſignifies,* ſcenicus *being underſtood.*
[g] Ad laudis certamina] *To a Conteſt of Praiſe who ſhould out-do the reſt, and ſo carry off the greateſt Applauſe.*

Quos inter ſcurra notus urbano ſale [h],
Habere dixit ſe genus ſpectaculi,
Quod in theatro nunquam prolatum foret [i].
Diſperſus rumor civitatem concitat [k]:
Paulò antè vacua turbam deficiunt [l] loca.
In ſcenâ verò poſtquam ſolus conſtitit [m],
Sine apparatu [n], nullis adjutoribus [o],
Silentium ipſa fecit expectatio [p].
Ille in ſinum repentè demiſit caput,
Et ſic [q] porcelli vocem eſt imitatus ſuâ,
Verum ut ſubeſſe pallio contenderent [r],

Et

[h] Notus urbano ſale] *Well-known for ſmart Wit. He was a thro' bred City-wit. In Oppoſition to the clumſey Wits of the Country.*

[i] Nunquam prolatum foret] *Had never been ſhewn.* Foret *for* fuerat *or* fuiſſet.

[k] Civitatem concitat] *Brings together (ſummons) all the People.*

[l] Turbam deficiunt] *Can't hold the Multitudes.*

[m] Conſtitit] *Planted himſelf.*

[n] Sine apparatu] *Without any Thing prepar'd. Without Inſtruments, or any Thing elſe to help him to perform what he intended.*

[o] Nullis adjutoribus] *Having no Aſſiſtants. Prompters. Which the Mimer generally had.*

[p] Ipſa expectatio] *The bare Expectation (of what was coming)*

[q] Sic] *So naturally.*

[r] Ut contenderent] *That they were poſitive.*

Et executi juberent [f]: quo facto simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus,
Hominemq; plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri rusticus: Non mehercule
Me vincet [t], inquit: & statim professus est [u]
Idem facturum meliùs se postridie.
Fit turba major, jam favor [w] mentes tenet,
Et derisuri, non spectaturi sedent.
Uterq; prodit. Scurra digrunnit prior,
Movetq; plausus, & clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis rusticus
Porcellum obtegere, quod faciebat scilicet [x],
Sed in priore quia nil compererant, latens [y],
Pervellit [z] aurem verò [a], quem celaverat,
Et cum dolore vocem naturæ exprimit.

Adclamat

[f] Et excuti juberent] *And order'd him (it) to be search'd.*
[t] Vincet] *Out-do.*
[u] Professus est] *Declar'd to the Company.*
[w] Favor] *Partiality. Prejudice in Favour of the Buffoon.*
[x] Quod faciebat scilicet] *As he really did.*
[y] Latens] *Not being discover'd. See* Pecul.
[z] Pervellit aurem, quem] *Soundly twich'd the Ear of the Pig, which,* &c.
[a] Verò] *In reality.*

Adclamat populus: Scurram multò ſimiliùs
Imitatum, & cogit ruſticum trudi foras.
At ille profert ipſum porcellum è ſinu,
Turpemq; aperto pignore [b] errorem probans,
En hic declarat quales ſitis judices.

Adhuc ſuperſunt multa quæ poſſim loqui,
Et copioſa abundat rerum varietas,
Sed temperatæ ſuaves ſunt argutiæ [c];
Immodicæ offendunt [d]. Quare, vir ſanctiſſime [e]
Particulo, chartis nomen [f] victurum meis,
Latinis dum manebit pretium [g] literis [h],
Si non ingenium, certè [i] brevitatem adproba,
Quæ commendari tantò debet juſtiùs,
Quantò poetæ ſunt moleſti validiùs [k].

FA-

[b] Aperto pignore] *By a viſible. (undeniable) Proof.*
[c] Temperatæ argutiæ] *Moderate Wit.*
[d] Offendunt] *Diſguſts.*
[e] Sanctiſſime] *Moſt upright.*
[f] Nomen] *The* Vocative, *in Appoſition with* Particulo.
[g] Pretium] *Eſteem.*
[h] Latinis literis] *To the* Roman *Writings.*
[i] Certe] *At leaſt.*
[k] Moleſti validius] *The more obſtinately troubleſome (by the unreaſonable impertinent Recitals of their Works.)*

FABULA VI.

Duo Calvi.

INvenit calvus fortè in trivio pectinem.
Acceſſit [a] alter æquè defectus [b] pilis:
Heia, inquit [d], in commune, quodcunq; eſt lucri [c].
Oſtendit ille prædam, & adjecit ſimul:
Superûm voluntas favit [e], ſed fato invido [f]
Carbonem, ut aiunt, pro theſauro invenimus.
Quem ſpes deluſit, huic querela convenit [g].

U FA-

[a] Acceſſit] ad eum *ſc. Came up to him.*
[b] Defectus] *Deſtitute of. Forſaken by.*
[c] Lucri] *Chance purchaſe. This the* Greeks *call* Ἐρμαιον, *as Mr.* J. *obſerves.*
[d] In commune] Id lucri in commune profer. Confer.
[e] Favit] nobis *ſc. In that we found ſomething.*
[f] Fato invido] *Tho' (long of) envious Fate.*
[g] Huic querela convenit] *That Perſon this Complaint ſuits.*

FABULA VII.

Princeps Tibicen.

UBI vanus [a] animus aurâ captus frivolâ
Arripuit insolentem sibi fiduciam,
Facilè ad derisum stulta levitas ducitur.
¶ Princeps tibicen notior paulò fuit,
Operam Bathyllo solitus in scenâ dare.
Is fortè ludis (non satis memini quibus)
Dum pegma rapitur, concidit casu gravi,
Nec opinans, & siniſtram fregit tibiam,
Duas quum dextras maluisset perdere.
Inter manus sublatus, & multùm gemens,
Domum refertur. Aliquot menses transeunt,
Ad sanitatem dum venit curatio.
Ut spectatorum mos est, & lepidum genus,
Desiderari cœpit, cujus flatibus
Sole-

[a] Ubi vanus, &c.] *When a vain minded Man, caught with slight (ungrounded) Applause, has hastily taken (seiz'd) a conceited Assurance of himself, the weak unbalasted Fool is easily troul'd on to Derision (till he becomes utterly ridiculous).* The Story it self is pretty full of Pun. And at present I have no great Relish of that sort of Wit. So I pass on.

Solebat excitari ſaltantis vigor.
Erat facturus ludos quidam nobilis,
Et incipiebat Princeps ingredier: eum
Adducit pretio, precibus, ut tantummodo
Ipſo ludorum oſtenderet ſeſe die.
Qui ſimul advenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,
Quidam in conſpectum proditurum ſine morâ·
Aulæo miſſo, devolutis tonitrubus,
Dii ſunt locuti more tranſlatitio.
Tunc chorus ignotum modò reducto canticum
Impoſuit, cujus hæc fuit ſententia:
Lætare incolumis Roma ſalvo Principe.
In plauſus conſurrectum eſt, jactat baſia
Tibicen, gratulari fautores putat.
Equeſter ordo ſtultum errorem intelligit,
Magnoq; riſu canticum repeti jubet.
Iteratur illud; homo meus ſe in pulpito
Totum poſternit; plaudit inludens eques;
Rogare populus hunc coronam exiſtimat.
Ut verò cuneis notuit res omnibus,
Princeps ligato crure niveâ faſciâ,
Niveiſq; tunicis, niveis etiam calceis,

Superbiens honore divinæ domûs,
Ab universis capite est protrusus foras.

FABULA VIII.

Occasio Depicta.

CUrsu volucri pendens in novacula [a],
Calvus, comosâ fronte, nudo corpore,
Quem si occuparis [b], teneas [c]; elapsum semel [d]
Non ipse possit Jupiter reprehendere [e];
Occasionem rerum significat brevem [f]. 5

¶ Effectus

[a] Cursu volucri pendens in novacula] *One suspended upon a Razor's Point with winged Speed. Wing'd for Flight.*
[b] Occuparis] *Seize before.*
[c] Teneas] *You may hold fast.*
[d] Elapsum semel] quem *sc. Having once slipt away.*
[e] Non possit reprehendere] *Cannot possibly recover. Fetch back again.* See Pecul.
[f] Occasionem rerum brevem] *The short Opportunity of Business. The proper Season of Action which is short. This the* Greeks *call* Καιρὸς *and* εὐκαιρία.

¶ Effectus [g] impediret ne ſegnis mora,
Finxêre antiqui talem effigiem temporis.

FABULA IX.

Taurus & Vitulus.

ANguſto in aditu taurus luctans cornibus,
Quum vix intrare poſſet ad præſepia,
Monſtrabat vitulus quo ſe pacto plecteret [a].
Tace, inquit, antè hoc novi, quàm tu natus es [b].
Qui doctiorem emendat [c], ſibi dici putet.

FA-

[g] Effectus] *Things being brought to certain Effect.*

[a] Monſtrabat quo pacto ſe plecteret] *Would be teaching him how to bend himſelf.*

[b] Hoc novi antequam tu natus es] Ante *and* prius *are elegantly disjoin'd from* quam. Scheffer *obſerves that* natus es *is put for* natus fuiſti. *He might have obſerv'd too, that* novi *is put for* noveram.

[c] Qui emendat doctiorem] ſe *ſc. He that pretends to teach one that's skilfuller than himſelf.*

FABULA X.

Venator & Canis.

ADverſus omnes fortis [b] veloces feras
Canis quum domino ſemper feciſſet ſatis [a],
Languere cœpit annis ingravantibus [c].
Aliquando objectus hiſpidi pugnæ [d] ſuis,
Adripuit aurem: ſed carioſis dentibus
Prædam dimiſit [e]. Hic [f] tum venator dolens [g],
Canem objurgabat [h]; cui ſenex contra latrans [i]:
Non te deſtituit animus [k], ſed vires meæ.

Quod

[a] Quum domino ſatis feciſſet] *Having given content to his Maſter.*

[b] Fortis adverſus] *Being brave againſt.*

[c] Languere annis ingravantibus] *To grow feeble by the Weight of Years.*

[d] Aliquando objectus pugnæ] *Being once expos'd to a Battle with. He wat put to the Boar as a Prey, rather than an equal Match.* *See* Objicio *in* Pecul.

[e] Dentibus prædam demiſit] *Let the Game ſlip from his Teeth.*

[f] Hic] *Upon this.*

[g] Dolens] *Being vex'd,*

[h] Objurgabat] *Rated. Upbraided.*

[i] Senex latrans] *The old Cur.*

[k] Non te deſtituit animus] *'Tis not my Courage has deſerted you.*

Quod fuimus laudas, ſi jam damnas quod ſumus [l].

¶ Hoc cur, Philete, ſcripſerim pulchrè vides [m].

[l] Quod fuimus lauda, ſi jam damnas quod ſumus] *Commend what I have been, if you condemn (now condemn) what I am at preſent. The common Reading is,* Quod fuimus laudas, jam damnas quod non ſumus, *You praiſe what I have been, and condemn me that I am ſtill not the ſame.*

[m] Pulchre vides] *You clearly ſee. You don't expect I ſhould write with the ſame Sprightlineſs now, as when I was a young Man.*

FINIS.

BRITISH
5 NO74
MUSEUM